tu cultu fauet cultoribus suis quasi impossibile est huius bellatoribus
aduersarios peruenire victoriam. Quod si dixit dyana eam pro bello et vic
toria colitur venerantur ad illud quod in proximo diximus videlicet si
eque fortes sunt mares et dyana vel dii pueri et victoria. Deinde
aut alterutrum fortior sequitur defectus et miseria atque stulticia
quam diximus. Amplius aut pax et pax est inter huius deos aut
non. Si sit inter igitur est ut vnusquisque amet cultores omnium
aliorum et faueat eis amicorum cum maxime tantam amiciciam
et tantam ut deos decet se inuicem complecterentur. Manifestum est de
omnia esse quia propterea impossibile est aliquem illorum vel munia sacri
ficiorum vel aliarum oblacionum recipere a cultoribus suis ut impe
diat cultores alicuius alterius in hoc enim iniuriam ageret cum eius
cultores et subditos impediret. hoc autem non permittit veritas
amicicie vane igitur et inutiliter offerunt huius munia et sacrificia
cum non accepte. Si vero non est pax neque amicicia inter eos. Sunt
igitur in discordia et odio inter se inuicem hec sunt passiones pes
sime quas diuinitas omnino non admittit nec recipit. Amplius
ipsos odiose inuicem odiunt aut non. Si igitur merito odibiles
sunt et propter hoc omni honore indigni. Si vero non odio se inui
cem odiunt eo igitur ipso iniqui sunt et mali et propter hoc magis
pena et vindicta quam honore et seruicio digni. Iam igitur decla
ratum est tibi ex hijs cultura deorum que ydolatria specialiter dicitur
stultissima atque vanissima et in deum altissimum impia esse.

[P]ost hoc relinquitur nobis declarare [illegible] et vanitatem
et impietatem ydolatrie stellarum et luminum. Dicemus igitur
quod ydolatre huius aut intendebant huius cultum seruire corporibus
inanimatis aut corporibus animatis que etiam animalia essent aut
spiritibus forsitan qui animalibus huius vel corporibus presiderent
quod si spiritibus eadem est ydolatria hic cuius super destruximus quare
non oportet nos ad destruccionem istius iterum laborare. Si vero corpori
bus animatis et animalibus verum est huius animalia aut esse racionalia
et intelligencia aut non quod si non sunt intelligencia vane igitur
colunt et ignominiose eis seruiunt cum neque ipsum seruicium cogno
scant neque seruitores et propter hoc in remuneracionem nullatenus in
tendant. Cum enim dominum agnoscere non est nisi racionalis aut in
telligentis. Amplius animalibus diuinum honorem impendere quante

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_339/0227
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG